David Chytraeus Doctor. 3

Westphalia Caroli M temporibus Saxoniæ pars fuit, postea Westphaliæ appellatio extitit a pullo equino quem Wedekindus dux Saxonum in suis imaginibus pingere solebat. Duces genuit haec natio sapientia virtute et fortitudine bellica praestantes. Forma gubernationis politicæ honesta et justa est, in civitatibus judicia jure et legibus constituta sunt. Multos etiam in utraque lingua doctissimos viros genuit Alexandrum Hegium, Goclenium, Arnoldum Wesaliensem, Buschium Langium Bonnum, Tulichium, Corvinum Burenium, Lingensem &c.

Sidonius Apollinaris de Saxonibus

Hostis est omni hoste truculentior, Improvisus aggreditur, provisus elabitur, Spernit objectos, sternit incautos, si sequatur intercipit, si fugiat evadit, Adhoc exercent illum naufragia, non terrant, est eis cum discriminibus pelagi non notitia solum, sed familiaritas.